



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Degradatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

quid pro labore, & iudicio causarum sibi commissarum, & videtur quoddam sic, quia sic habet consuetudo, & communis usus, omnes delegati sumunt popinas pro quolibet actu, imò trigessimam pro decretis, & sic vidi praticari: tamen *c. statutum, §. insuper, de rescript. lib. 6.* & Navar. *cons. 21.* dicit quoddam non, nisi esculentum, & poculentum, tamen ad hoc posset responderi, vel quia quod accipiunt ferè communiter omnes, est loco esculentorum, & poculentorum, & sic neque Episcopus, neque Vicarius potest aliud accipere pro dispensationibus matrimonialibus, sub poena excommunicationis **P**apalis hodie, olim Episcopalis.

Si delegatus excommunicat aliquem, qui petit sibi ostendi copiam suæ commissionis, seu delegationis, est iniusta, & nulla excommunicatio, Innoc. *in cap. venerabilis, num. 7. de cens. & Felin. in cap. cum iure peritus, num. 3. de offi. deleg.* tamen Navar. cum aliis tenet contrarium, nempe quoddam licet sit iniusta, tamen tenet, *cons. 5. de sentent. excommun.*

DEGRADATIO.

Primò, an Episcopus possit dispensare cum degradato? Respondetur primò, quoddam cum solenniter degradato non potest, nisi solus Papa, *c. 1. 50. dec. ideo, 2. q. 6. ex tua, de cler. non res. §. d. Host. in sum. tit. de dispen. §. sunt autem casus, ver. contra tertiam.* dico 2. quoddam quando constaret degradationem esse nullam, putà, quia non affuit

legitimus numerus Episcoporum, vel Abbatum, vel dignitatum, vel non fuit observatus ordo iudiciarius, quoddam tunc potest Episcopus cum eo dispensare, *Episcopus, presbyter, aut diaconus, 11. qu. 3.* Ratio est, quia non esset adimpleta forma data à sacr. Con. Trid. *sess. 13. cap. 4. de reform. Host. loc. cit. & in tit. de accusat. §. sed nunquid: n. 17, gl. in c. non potest, de re jud. dico tertio quoddam hodie secus est, nam Episcopus non potest dispensare super irregularitate, suspensione, & deductis ad forum exterius, & homicidio voluntario, etiam occulto, hoc tamen limita, nisi quis esset degradatus iniuste, ex falsis depositionibus, nam degradatus potest appellare, & ad merita causæ poterit inveniri innocens. nam iudex ad quem potest considerare, an sententia sit ritè, & rectè lata, Diaz. *pract. crim. can. 133.* hoc tamen fallit in iudice laico, cui traditur hæreticus degradatus puniendus. nam tunc non potest cognoscere de sententia lata per ecclesiasticum, sed benè in aliis, Foll. *pract. crim. 4. num. 56.* vide Io. de Sella. 2. p. q. 3. n. 9. gl. in c. depositio, de pæn. lib. 6. ar. 12. *ca. quamvis, in cap. cum talis de rescript. libro 6.**

Secundò, an clerici in minoribus debeant degradari, si id exoptulet delicti qualitas, an absque degradatione possint tradi iudici sæculari? Respondetur, quoddam debet degradari, ita gloss. & text. *in cap. 2. de pæn. lib. 6. Cov. in c. quianos, n. 4. de testam.*

DE